

Violentia vel benevolentia vincuntur maleficæ  
Cap. 7.

*Cum circa serpentes magis vis maleficorum versetur?*

In serpentibus magis ostenditur virtus maleficorum, ut dicitur, quam in aliis animalibus, quia per serpentem Diabolus tanquam per suum instrumentum mulierem tentavit. par. qvæst. 7.

*Quomodo maleficæ animalia interimant?*

Super modum autem quo animalia & jumenta maleficæ interimuntur, dicere oportet, quod sicut homines, ita & jumenta vel tactu & visu, vel visu tantum, vel ubi subter limen ostii ipsius stabuli, vel ubi solent ad aquari maleficium aliq; quod seu instrumentum maleficii reponunt.

Sic enim & istæ in Ravensburg incineratae semper ad instantiam Dæmonum ubi meliores equi, aut pingviora erant jumenta maleficare habebant. Et dum interrogatae fuissent, per quem modum talia efficarent? Respondit una nomine Agnes, quod subter limen ostii ipsius stabuli certas res occultarent. Et interrogatae cujusmodi res: Respondit: Diversarum specierum animalium ossa. Et ulterius in cuius nomine hoc facerent, interrogata respondit in nomine Diaboli & omnium aliorum Diabolorum. Sed & altera nomine Anna, quæ dum uni ex civibus, successione viginti tres e quos maleficiasset, quia vector erat. Ultimatim dum vicesimum quartum emisset & ad jam extremam paupertatem devenisset, vector stans in ostio stabuli, dixit ad maleficam, quæ in ostio sua domus stabat: Ecce jam emi equum, promitto

Q 2

Dc 8